

Antonio De Ferrariis

detto il Galateo

(Continuazione e fine)

Cap. VIII.

Il Galateo Poeta

Fra le lettere e i trattati del Galateo, ecco far capolino — « rari nantes in gurgite vasto » — diciotto epigrammi e una breve ode (1). Qualche altro carme è certamente andato perduto — egli medesimo c'informa di una saffica in lode di Santa Cesarea (2) — ma, ad ogni modo, la sua produzione poetica fu tutt'altro che copiosa. — Tu vuoi ch'io scriva versi? — chiedeva all'Acquaviva, stringendosi nelle spalle « Non omnia possumus omnes: negavit natura » (3). Terra d'Otranto aveva già offerto alla cultura italiana giuristi, teologi, medici, filosofi: non le aveva ancora dato un vero poeta — il poema di Guglielmo Pugliese sulle gesta dei Normanni e « Lo Balzino » di Ruggero di Pazienza sono cronache in versi — nè glielo dette col Galateo. E' inutile chiedere ai suoi distici duri e un po' stecchiti la spigliata eleganza del Pontano o la soavità idillica del Sannazaro. La poesia del Galateo non è qui: è in alcune sue belle pagine di prosa, dove il geniale pensiero e soprattutto il caldo sentimento forgiavano a loro volontà il limpido docilissimo latino. Pure, non bisogna gettar via senz'altro, arricciando il naso, questo povero mazzetto di fiori colti sull'Elicona. Lo scandire sul ritmo — ahimè, troppo poche volte armonioso! — dei dattili e degli spondei questo centinaio e mezzo di versi, getterà ancora

(1) M. TAFURI. Le opere di Angelo ecc., pp. 174-179.

(2) Coll. II, p. 34, e IV, p. 141.

(3) Coll. III, p. 92.

un po' di simpatica luce sulla figura del nostro umanista.

Quali epigrammi possiedono sincerità d'ispirazione e sono meglio riusciti? Non certo i quattro « In obitum Joannis Joviani Pontani ». Chi ricordi l'armonioso fluire della serena poesia dei « Tumuli », avvertirà qui un certo che di sforzato e di manierato. L'ultimo verso di ciascuno vorrebbe essere affettuoso e invece riesce quasi spiritoso, anticipando quei « concetti » così cari al '600. Sulla tomba del Pontano si sarebbero dovute evocare le ridenti visioni di giovinezza, che un giorno avevano popolato i suoi carmi, ma il Galateo non seppe e forse non volle. Desideriamo che la rigidezza dei suoi versi diventi classica semplicità scultorea? Offriamogli un argomento di alta idealità religiosa e civile. Allora i suoi esametri prenderanno un sapore ennio. Ecco gli Ottocento di Otranto che si accostano al supplizio: « Una fuit cunctis mens, voluisse mori » (o. c., p. 176, X); ecco la bella figura di Giulio Antonio Acquaviva, cinta dall'aureola di un eroismo di leggenda: durante l'aspra battaglia, un colpo di scimitarra turca gli mozza di netto il capo:

Non cadit ille tamen, stat equo erectus ab itque
ceu victor, stringens fervidus arma manu.

Non aliter pro Rege mori, pro Numine Julus
debut; haud moritur, si quis ita emoritur (ivi, XI).

Non le liete divinità pagane allettano il Galateo: egli preferisce fermarsi a meditare sul sepolcro di Cristo (IX), sul suicidio di Giuda (XIII), sulla pietà dei cani che lambiscono le piaghe di Lazzaro (« mores — dediscunt homines, quos didicere ferae ». — XIV), sulle lacrime purificatrici di Maddalena (XIX); condanna l'opera immorale di un poeta (XVI), celebra ingenuamente un pittore salentino (XVII e XVIII). Ritroviamo la sua spigliata vena leccese nello scherzo arguto degli epigrammi « In Vitum Mullum » (VI) e « In Nifim Callipolitana » (VII). Un alito di armonia oraziana passa nei distici a Gabriele Setario, velati di malinconia: « Sic est, o Gabriel, volat inrevocabile tempus... » (XII), ma essi non si chiudono con un ammonimento epicureo, bensì con un anelito all'eternità.

Anche nei suoi tentativi di poesia, il Galateo ha serbato quella linea di diritta morale che nobilitò i suoi studi e tutta

la sua vita. Possiamo dunque prender le mosse da questi versi per una considerazione finale. Con la sua pratica della morale legata alle credenze positive, il Galateo si riallaccia alla grande tradizione nostra, che attraverso Dante risale a S. Tommaso, squisitamente italiano. La profonda sanità morale crea in lui — come aveva già creato nell'Alighieri — un appassionato interesse per il mondo della realtà storica, ed è proprio questo vivo senso morale della storia che lo aiuta a superare il dissidio tra il sogno e la vita — eterno martirio dell'anima umanistica — nella superiore armonia di una fede serena nella Volontà che regge l'armonico sviluppo dei destini degli individui e delle Nazioni.

APPENDICE.

1.

Antonius Galateus Gelasio suo salutem. De nobilitate. (Barb. lat. 1902 - inedita).

(Codice cartaceo, rigato, cc. 22, corsiva del secolo XVI, con correzioni di altra mano, cm. 20×25 1/2, rilegato in pergamena, recaute lo stemma dei Barberini in oro; taglio dorato).

Non putabam, Gelasi vir optime, adeo me offendisse animos istorum nobilium, qui nos audiunt, qui plus virtute, quam inani et ridendo nobilitatis nomine praediti sunt, cum inter loquendum excidit mihi ex ore, ut Homerus ait de Minerva Iovis filia, illa sententia: eorum qui clara sunt stirpe, aut patria, aut ex divitibus parentibus nati sunt, aut nullos fuisse philosophos, hoc est probos viros, aut quam paucissimos. Divini Platonis, non mea sententia est: Regum potentiumque virorum filii philosophi nascituri non sunt. Nam potentes, ut ait Aristoteles, qui ab ineunte aetate aeducati (1) in magnis excessibus secundae fortunae divitiarum et amicorum, nesciunt obedire praeceptoribus, neque bene suadentibus ohtemperare; ideo ait Plato: Puerum vel auri vel cuiusvis possessionis ditissimum neque facile capi posse, neque si captus fuerit detineri, et alibi: Potentum viro-

(1) Qui andrebbe inserito un « sunt ».

rum filii primi disciplinarum scholas ingressi novissimi exeunt, hoc est aliorum ineruditissimi. Idem inquit: Aeducandi sunt filii ut optimi non ut ditissimi fiant; idem alibi: Plures potentum improbi, et alibi: Principes mali, et alibi: Principes sunt consumptores, quemadmodum fuci, qui comedunt labores aliorum. Nec dissentiunt hagiographi; scriptum est: Principes tui infideles, socii furum; omnes diligunt munera; secuuntur retributiones; et alibi: Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus; et alibi: qui comedunt plebem meam, sicut escam panis. Vide, ut Deus plebem suam non principes suos appellaverit. Alius Propheta quasi impatiens clamabat dicens: facies hominis, quasi pisces maris; quorum maiores et potentiores devorant minores. Certe, aut ex humili, aut ex medio genere nascuntur viri optimi. Magnatum plurimi tyrannorum mores imitantur. De veteribus loquimur; nam omnes saeculi nostri Principes continentes sunt, abstinentes et iustissimi. Ii, qui illustrium virorum vitas scripsere, testantur; exemplo sunt nobis omnes prophetae, omnes Apostoli, omnes philosophi, omnes poetae, qui in parvis oppidulis, aut obscuro, aut non nimis claro, honesto tamen genere nati sunt; non mihi obijciatis Isaiam, qui, regio ortus genere, nobilitatem iam exuerat; nec Ioseph virum Mariae qui fabrilem artem exercuit, in quo iam exoleverat nobilitas, quamvis illorum nobilitatis auctor pastor ovium fuerit et pastoris filius; quin etiam, et prisci gentis Iudaicae sancti Patres, rustici fuere, et omnium mortalium iustissimi, ut et nostri quoque de quibus poeta ait: hanc olim veteres vitam coluere Sabini. Nec Boetium afferatis virum patritium (quem ego, et doctrina et moribus et studio sapientiae latinis omnibus antepono) aut si quem alium habetis; nam ideo dixi aut nullos aut quam paucissimos, quia quae raro accedunt non naturae aut arti, sed fortunae adscribenda sunt. In proverbio est apud Aristotelem: Una hirundo non facit ver neque una dies calida. Difficultatem tanquam calcar virtutis ego notavi, non impossibilitatem; suasi, ut cauti essent, ne nobilitatem suam tanquam filiolum amplexarentur, ne tanti facerent rem apud scriptores levem et inanem; non reipsa, sed nomine tantum et opinione vulgi admirandam: ne ambitioni studeant, sed virtuti quae sola est atque unica nobilitas. Mihi ut et tibi, non Gallia aut Germania, hoc est barbarica origo est, sed (bonorum Deorum nu-

mine) Greca, et Italica: avus et proavus meus graeci sacerdotes fuere, graecarum et latinarum litterarum minime ignari; pater etiam meus et graecis et latinis litteris satis instructus, vir iustus et innocens, non praedator, non foenerator, non alienis laboribus saginatus. Hanc ego nobilitatem pluris facio quam faciunt suam Tarquinii, aut Claudii, aut Fabii, aut Curii, aut Scipiones, aut Coriolani, aut Sullae, aut Catilinae; stultis et ignaris non suadebo, docti et sapientibus persuadebo. Ait Thomas, duplicem esse nobilitatem, alteram simplicem et veram, alteram secundum quid; illa ubique et semper adest, ubi virtus est; haec est secundum genus et patriam; immo et saepe adest ubi non adest virtus licet absit fortitudo; nam si virtutes disiungere cupiam libuerit, non vulgi, aut triviali et militari, sed magnorum philosophorum sententia fateatur necesse est, fortitudinem inter ceteras virtutes infimum tenere locum; itaque primae partes prudentiae debentur, secundae et tertiae aut iustitiae aut temperantiae, quartae fortitudini. Nobiliores igitur concedendum est esse sapientes, iustos ac temperantes quam fortes: unde apud omnes fere nationes orta est nobilitas. Vera nobilitas non alta tecta, non aurata laquearia, non fasces, non secures, non vestes auro rigentes non dapes diligenti arte compositas amat, sed humiles casas et tuguriola, silentia nemora, et arentes nitriae tractus, pannosas vestes, faciles quaesitu cibos; non casae, non tuguria noverunt tragica scelera, sed domus marmoreae et aurata cubicula, nam ubi venena comparantur? Ubi doli? Ubi perfidiae? Ubi inconcessi et puellarum et puerorum amores? Ubi provinciarum rapinae, ubi omne genus luxuriae et nequitiae? Praeterquam sub aliis tectis? Falluntur igitur qui laudant illam Poetae sententiam: haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi. Qui dubitat nimias opes et ignaviae et vitiorum omnium esse genitrices et nutrices? Melius sapit, qui dicit foecunda virorum paupertas. Phocion ille vir iustus, et frugi, cum ab hostibus illi vis auri magna afferretur, inquit haud sibi opus esse multa pecunia, frugaliter et sine cupiditate viventi. At illis suadentibus, ut saltem consuleret filiis, qui fortasse non erunt similes patri, nec tanta virtute praediti, respondit: Nolo relinquere filiis meis materiam, unde possint luxuriari et turpiter vivere: praecipue ne, ut plerique ignari solent contempta virtute et omni animi cultu, nobilitatem ostendent

suam et avorum seriem: nam aliena laudat qui genus suum laudat. Platonis sententia est: Viro aliquid esse se existimanti nihili turpius posse accidere, quam seipsum honorandum praeferre non ob virtutem propriam, sed ob gloriam superiorum. Inquit Ovidius: Non census non clarum nomen avorum sed probitas magnos ingeniumque facit. Recte inquit Cicero, optimates non esse nationem. At si verum esset quod vulgo dicitur, nobilitatem esse ex virtute natam, nunquam ego vidi natam matri infestiores. Habet enim matrem summo despectui immo odio. Nemi dubium est nobilitatem et invidere et summo odio habere novos, ut dicunt, homines, eos scilicet qui egressi fines generis sui propria non aliena virtute sine avorum stemmate clari et illustres fiunt; Livius auctor est, nullam gentem esse magis invidiae expositam, quam eos, qui maiores suos virtute et animis non aequant, cum suscipiunt novos homines. Vereor, Gelasii, ne istis (ut ait Hieronymus iuxta Apostoli sententiam) inimicus fiam, veritatem dicens, aut id quod Socrati dictum est, in me retorqueant. An non vides nos invenes esse? Si nos obiurgaveris, in te impetum faciemus; rogo ne mihi succenseant vera dicenti, nam ut ait idem Socrates: Nihil est familiarius sapientiae, quam veritas, cui aut irasci, aut non assentiri nefas esse putavit. Omnis fere nobilitas, aut ex scelere, aut impudentia, aut caedibus et rapinis, turpi lucro, fraudibus, proditionibus, perfidiis habuit initium. Nam praeterea quae pro iniuria publica propulsanda, aut bella pro salute Patriae contra barbaros hostes Christiani nominis iuste ac pie geruntur, quid aliud bella sunt, quam caedes rapinae, stupra, furta, sacrilegia, honestarum matronarum ac virginum et templorum pollutiones et ferrum, ignes, funera, doli, quae honesto nomine stratagemata appellant, quae a virtute seiunxisse Virgilius videtur, cum dixit: Dolus an virtus quis in hoste requirat? Saepe in bello plus valet dolus et vis quam ius et virtus. In proverbio est: Ius est in armis. Senones aiebant ius in cuspide se gerere: nec recentiores Galli ab illis dissentiunt. Idem de divitiis intelligendum est, quae cognatae sunt nobilitati; ideo Augustinus ait: Omnes dives aut iniquus aut iniqui haeres. Divites autem valde simulque probos esse impossibile, auctor est Plato. Quid dicam Plato? Dominus et Deus noster: Difficilius est, inquit, divitem intrare in regnum coelorum, quam camelum per foramen acus.

Nomen tacebo; non praeteribo sententias hominis non indocti, neque ineruditi, sed rapacis et fomeratoris eximii. Habebat quidem litteras, sed in impuro vasculo collocatas; ut qui pro uno obolo neque amicis neque cognatis neque Diis ipsis peperisset. Ille non tantum obscuro sed sordido genere natus, alienis laboribus, immo et alieno sanguine saginatus, nobilem duxit uxorem. Monitus est ab amico, et eo probro viro et innocente et non nimis illitterato aut inerudito ut sancte ac iuste viveret, Deos timeret ut hostes et iudices et tandem ultores. Respondit: Si iuste vixissem, si Deos, quorum benignitatem et indulgentiam, nondum iram expertus sum, timuissem, non staret mihi talis domus, neque nobilis socer et superba socrus mihi filiam matrimonio supplices iunxissent. Tum ille: Cur igitur nobilitatem, cui propter uxorem adactus es, labefactas? O stulte, inquit, ignorare videris, quod his artibus acquiruntur et aluntur nobilitas et divitias; audi inquit, o vir bonae fidei (nec id minus fortasse vero quam fatetur) quo pacto ego paucis abiectis et mutatis litteris, emendaverim illam Aristotelis sententiam: nobilitas est virtus et antiquae divitiae; audi, inquit, o vir, mendosi erant antehac codices; error fuit non tanti viri sed indoctorum librariorum: nam meo iudicio sic dicendum est: nobilitas est vis et iniquae divitiae; nam nonnullae ne dicam omnes illustres domus, aut vi aut rapinis aut scelere aut violato iure, aut mendaciis aut perfidia fiunt, quare dictum fuit illud:

Aude aliquid brevibus Gyaris, et carcere dignum

Si vis esse aliquid;
probitas laudatur et alget.

Sic etiam inquit, invertit ille, nescio quis fuerit, sed sapiens omnino fuit, proferens illam definitionem (sic etiam Barones, B littera in L mutabat, adiciebat etiam T.) orator est vir malus dicendi imperitus; et per oratorem intelligere licet quemvis causidicum: similiter etiam ii, qui utiles domini dicuntur, meo iudicio inutiles domini appellandi sunt aliis, utiles sibi; quoniam ea, quae illis iure debentur, minima par est eorum quae a subditis extorquent. Dicam quia verum est; quidam eorum subditos habent loco servorum; ad haec, attulit non pauca exempla non vetusta modo et peregrina, sed recenti, et ante oculos posita, quae se imitari fatebatur; quando enim, ait, ingentes accumu-

lavero opes, villas, lata praedia, nummorum quoque magnam vim, filios suscepero ex matre generosa: non deerunt illis honorata magnatum connubia: nemo illis obiciet ignobilitatem; nam qualis sis, aut unde habeas quaerit nemo, sed oportet habere. At post mortem, ait ille amicus, reddes rationem ante actae vitae. Tunc ille ridens, ut saepe solebat de Diis homibusque iocari. O ineptissime, inquit, quomodo ego reddam cum non ero solvendo? Aut timeam turpe restitutionis bonorum apud inferos iudicium, cum omnes illuc nudi proficiscantur? Reddant haeredes: me vero aut tartarei iudices aut creditores nutriant. Puto, si diutius ille vixisset, ad magnas, immo ingentes opes, et honores et magistratus pervenisset: sed immatura mors illum magna molientem rapuit, et nunc apud inferos luit poenas rapacitatis, et ex humanis ita radicitus evulsus est, ut et nomen et proles prorsus extincta sit: ut cum divino Propheta dicere possimus: « Periit memoria eorum cum sonitu: exhibit spiritus eius et revertetur in terram suam: in una die peribunt omnes cogitationes eorum. Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani: et transivi, et ecce non erat, et non est inventus ». Talis solet esse exitus rapinarum; profecto eisdem artibus quibus genitae sunt, aluntur atque augentur nobilitas et divitiae, quae dum novas quotidie servitutes, nova et intolerabilia vectigalia excogitant, et graves inopum oppressiones foenera, extorsiones, expilationes in immensum coalescunt, adeo ut non solum infimae conditionis homines, qui suis laboribus vivunt, sed ii qui medii sunt et quos imperare debere censet Aristoteles servi procerum videantur, eorumque bona ii qui plus possunt sui iuris esse existiment; certe inopes praeda sunt potentiorum, quoniam (si verum non negamus) idem sunt apud eos hae res natura et lege disiunctissimae, ius et vis: ideo cum ab Aetruscis antiquis possessoribus agros finitimi Galli poscebant, legatis Romanis de iniuria querentibus responderunt se ius in cuspide gerere; non recte dictum est, ius esse in armis, immo in armis esse omnem iniuriam, omnem nequitiam certum est. Nulla fides pietasque viris qui castra secuuntur. Tales sunt et nostrorum temporum mores, quamvis dissimulamus Gallorumque illam inhumanam sententiam verbis, non factis detestamur: ita fit, duae sunt perniciēs humani generis, non minus quam meum et tuum, libertas et

servitus cum modum excedunt: sed illa secundum naturam esse videtur, haec contra; nam liberos omnes nos Natura genuit: servitute sibi ipsi peperit mortalitas. Mos omnium est, aut humiliter servire aut superbe dominari; hac via, ut dixi, per vim, per arma, per caedes et scelera et fraudes et dolos, malos astus, proditioes, simulationes et mendacia, orta sunt regna, imperia, divitiae et omnis, quae sic appellari gaudet, nobilitas. Percurramus ex multis et innumerabilibus pauca, quae a condito aevo ad nostra usque tempora acta sunt; satis sunt nobis pauca exempla ad ostendendam rem manifestissimam. Ninus Rex Assiriorum vir astutus et callidus rudes et liberos homines, et qui iugum et superbum dominorum impotentiam nondum noverant, servire coegit. Semiramis deinde mulier prava et impudica omni scelere et incestis amoribus et tenuit et labefactavit imperium; magnum est exemplum humanae stultitiae et miseriae. O deducus humani generis! Quae monstra patiuntur homines? Una mulier, et ea impura et scelestas, tot gentibus, si vera narrant, tot viris tot ducibus dominata est. Nec mirum si regnum eorum incoatum Sardanapalis vir (si virum appellari licet) omni femina nequior turpissime finierit; nec non, et in eadem Asia, ut Caesar ad excusandam suam apud Nicomedem impudentiam dicere solebat, multis gentibus imperitaverunt foeminae: ii qui Reges regum appellabantur, notum est, quibus (1) adepti sunt regnum; Cyrus avum Astiagem regno spoliavit; Darius astutia et dolo hinnitu equi in tantum regnum quod Magi fraude occupaverunt assumptus est. Lydorum regnum Gyges per scelera adeptus est annulo illo hoc est dolo, et occultis insidiis Regem interemit suum, et Reginae thorum simul cum regno invasit proditor sceleratus et adulter. Pisistratus, quamvis tyrannorum mitissimus, dolo tamen et astu tyrannidem aggressus est. Transeo Cypselidas, Polycrates Solosontes (2) Thrasibulos Phalarides, Agathocles, Hierones. Gelones, Dionysios et quos Cyclopes appellant, per quos tyrannos intellegimus qui, ut ait Virgilius, vescuntur visceribus et atro sanguine miserorum; quot sunt nostra tempestate Cy-

(1) E' da aggiungere un « modis » o un « artibus ».

(2) Sic.

clopes? Dicamus ergo cum Virgilio: Dii, talem terris avertite pestem. Philippi ed Alexandri principatus a scelere ortum la-
buit, quem si vis scire, lege Archelai horum Regum (1) flagitia apud Platonem. Alexander ille, qui se orbis Regem et Iovis filium appellari iussit et divinos honores sibi ut Herculi et Libero patri praebere, adversante Callisthene philosopho et omni exercitu, poposcit, vini minime abstinens, gloriae avidissimus, irae impatientissimus, qui pro uno verbo carissimos interemit, Callisthenem recta suadentem turpissima morte necavit; ex macedonica disciplina in persicam victor simul et victus transiit, quas ob res tantum odii apud suos sibi conflavit, ut eum, pro quo tantum sanguinis fuderant, totiens se morti exposuerant, tot ignoratas et barbaras terras peragraverant non dubitarent veneno extinguere, quamvis nonnullas alias coniurationes evaserat; multum in illo fuit audaciae et animorum et virtutis, plus fortunae et potentiae sed plurimum vitiorum. Hannibal Poenus, qui tot Romanos exercitus stravit, cuius nomen tamdiu durabit quamdiu erunt graecae et latinae litterae, audax fuit, fortis, intrepidus, strenuus, callidus, astutus, vafer, subdolanus, fallax, magnanimus: inediae vigiliarum laborum et periculorum, caloris et frigoris patientissimus; sed haec ad bellum pertinent: quae autem ad pacem et ad bonum et iustum virum spectant, minime novit; nam in illo nulla religio, nullus Dei metus, nullum ius iurandum, nulla fides, nullum foedus; sed crudelitas inhumana et versutia et perfidia plusquam punica; illius ingentes virtutes ingentia vitia aequabant, immo forte superabant. Vide quibus artibus ad summum pervenitur nobilitatis et gloriae, immo potius famae et divitiarum. De Scipione si quid dicam, multos a me laesum iri haud ignoro. Sanctissimus fuit, fateor; fortis pius, verax magnanimus, beneficus, pudicus, alieni abstinens, modestus, verecundus; sed qui cum Iove simulabat nocturna colloquia; mea sententia nemo simulator, ut etiam dicunt, nemo hypocrita bonus, vel si Apollinis sit oraculo optimus iudicatus; sicut vestes tegunt mendas et cicatrices et turpitudinem humani corporis, sic divitiae, genus, honores, simulatio et dissimulatio, fama et gloria rerum gestarum celant

(1) Bisogna aggiungere qualche cosa come « avi ».

profunda animi vitia excoecantque oculos vulgi non sapientum; cedat igitur veritati fama et rumor vulgi stolidi; quod ut Horatius ait « Honores saepe dantur indignis ». Pium sanctumque esse ait Aristoteles venerari et colere veritatem atque praeferre eam et patriae et parentibus et amicis omnibus. Dominus noster dixit: Ego sum veritas. Non praetermittam hoc in loco illam Ciceronis sententiam notatu dignissimam: In poematibus, inquit, et picturis usuvenit, in aliisque compluribus, ut delectentur imperiti, laudentque ea quae laudanda non sunt ob eam credo causam quod insit. Sunt quidam nobilitatis defensores et patroni, qui tribunos plebis seditiosos loquaces mendaces nobilium et Patrum gloriae invidentes, appellant: aliquis illos defensores publicae libertatis fuisse existimat et contra nobilium furorem et contra Patrum impotentiam ne dicam tyrannidem unicum fuisse praesidium; qui his verbis non adhibet fidem, legat totum volumen De bello Iugurthino, cuius auctor non ex plebe, sed nobilis fuit; videtur ille non historiam scribere, sed dicere nobilitati diem. Non esse in ea urbe libertatem censet Plato, in qua multi serviunt, pauci dominantur; hic mos erat apud Persas, hic etiam fuit quondam apud veteres Gallos; eundem quoque esse audio apud eosdem Francos. Nollem dicere, sed dicam quia verum est; utar verbis illius, qui Iob consolabatur: Si coepero loqui, forsitan moleste accipies, sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Post adventum Francorum et exitialia bella, nonnulli huius miseri Regni Principes adeo superbe atque avare ad libitum dominantur, ut singuli non reguli, sed Reges videantur; rebus enim et personis subditorum tamquam servorum utuntur. Profecto ante tribuniciam potestatem, quae frenum erat superbiae avaritiae et luxuriae nobilium et potentum, ut in Virginio visum est, procures Romani plebem servorum loco habebant, vexabant foenore, et omni iniuria in nervis ob gravissima tributa et foenera torquebant; unde illud arrogantissimum verbum: debitor est servus creditoris, et illud: qui non habet quod reddat luat in corpore. Hoc ex romana lege est, divina autem hoc prohibet et abominatur. Patres plebem romanam gravi militia, continuis et quandoque etiam non necessariis bellis fatigabant. Ille, qui tyrannidem exercere voluit, sustulit tribuniciam potestatem. Mirum est: antequam plebeii adirent consulatum, si historiis credimus, nunquam Romanum Imperium quintum de-

cimum lapidem transgressum est; postquam autem promiscue ex patribus et plebe consules optimates creari coeperunt, ad tantum fastigium Res Romana pervenit; et ad maius pervenisset, nisi nobiles suis ambitionibus, seditionibus, coniurationibus, superbia et avaritia funditus eam evertissent atque ex optima Republica tyrannidem pessimam fecissent. Quid significant illa Livii verba: Indignabantur cives Romani quod sub nnius viri umbra lateret tanta urbs, nisi quod ad illius nutum omnia fiebant? Tales sunt ii, quos Aristoteles demagogos nuncupat, ex quibus tyrannos saepe fieri dixit. Ille etiam societatem civium Romanorum paene dissolvit, quod a patribus ignominiose separavit plebis consensum quod Romanis quirilibus molestissimum fuit; idem rei gestae rationem ponere, malo quidem exemplo, recusavit, simulatione sacrorum, patriam deseruit quando suo arbitrio omnia agitare, hoc est quando dominari amplius non potuit, prohibitus gravitate tribunorum; ideo ut puto latere maluit. Sapienter mihi fecisse Athenienses visi sunt quando civis aliquis ex re, quamvis bene gesta, favorem sibi et magnos honores apud populum comparaverat, exulare aliquamdiu iuebatur, donec deffervesceret ille favor et plausus populi, ne conciliatis hominum animis regnum affectaret. Sic Pisistratus tyrannidem occupavit. Sic Phalaris. Sic Dyonisius. Non aliam ob causam puto Manlium illum qui rem romanam servavit e tarpeia rupe deiectum; hoc etiam quamvis fortasse non satis recte attamen e republica factitasse video quasdam liberas urbes Italiae, quae seditionibus nostra et avorum nostrorum aetate vastabantur; invenies non infimae conditionis homines neque eorum qui medii dicuntur, sed proceres et potentes dissensionum, discordiarum, intestinorum bellorum et omnium malorum causam extitisse. Exempla ante oculos habemus. Brundisium, Tranum et Baretum divites et ii qui nobiles appellantur, vastaverunt; Scipio libens potius exulare voluit, quam invitus et coactus. Solon, Lycurgus, Dion siculus, Pausanias, Anaxagoras, Themistocles, Alcibiades, Aristoteles, Dyonisius, Demetrius Phalerius, Demosthenes et ex nostris Camillus, Coriolanus et hic quem diximus Scipio, Cicero, C. Marius, Boetius, Symmachus, Dantes et plerique alii illustres viri aut necati sunt aut exules fuere. Exili in quibusdam fortasse honesta sed plerisque causa fuit turpissima; quin etiam domina

Roma Imperatorum tempestate non latrones non sicarios non seditiosos et causidicos, non luxuriae magistros, non lenones et farmacopolas, non denique tyrannos, sed philosophos et medicos eiecit, hoc est curatores animarum et corporum; Cicero qui suum Laelium et Scipionem admiratur: In C. Laelio, inquit, multa charitas, in eius familiari Scipione ambitio maior, vita tristior; sed plerumque rerum scriptores vulgo et favori hominum serviunt, et magnitudini rerum gestarum. At ii, qui vivorum vitas scripsere, ut Plutarchus ait, minutissima quaeque perquirunt et mores hominum examinant, non domitas gentes et triumphos; ideo in iis, quae ad mores pertinent, geografis potius quam historicis credendum est. De hoc satis. Aegypto et tota Syria liberi serviunt, servi dominantur. O rem ante actis saeculis inauditam! Quae fieri poterit hoc, nisi fraude et scelere servorum et liberorum ignavia et superstitioso Mahometti dogmate? Ii sunt nobiles, ii tyranni, verbenones, mastigiae, signati stigmatibus, qui plebeios et antiquos Aegyptios habent loco servorum. Apud Phoenices, quia trucidatis dominis, raptis virginibus et matronis, direptis bonis, ubi dominati sunt (1). Sed cur peregrina exempla quaerimus? Graeci et Itali quondam rerum domini, quibus instituta vitae, quibus leges, litteras et bonos mores, quibus humanitatem (si qua in illis est) dedimus, barbaris servimus et hoc gratia et benignitate principum nostrorum et magnatum, qui ob discordias suas et odia irreparabilia, Italiam externis nationibus subiecere. O rerum vicissitudinem! Qui inopes, ignoti, degeneres, ignobiles, proedones, sicarii volones aut stipendiarii milites et ut Aristoteles ait, vitam pro vili mercedula, non pro gloria aut salute patriae exponentes, sed ob rapiendi cupiditatem ad nos venerunt; nos ignobiles, nos villanos appellant; quamvis haec non foeda, ut ipsi putant, appellatio est, sed satis honesta. Franci enim apud quos natura (2) fuisse hoc vocabulum dicunt, urbem villam nominant. Nobiles enim illic vicatim ne dicam silvatim rusticorum more habitant, quos urbes colere turpe existimant. Quid de celeberrimo illo et maximo omnium quae novimus et vetustissimo

(1) Il periodo è incompleto.

(2) Da correggere in « natum ».

Romanorum regno dicam? Cicero ille laudator non parcus latini nominis: Rex, inquit, qui Urbem eondidit, ut solus regnaret, fratrem interemit; omisit hic humanitatem et pietatem, et tamen muri causam opposuit speciem honestatis, nec probabilem, nec satis idoneam. Peccavit igitur pater, vel Romuli dixerim. Haec ille: Romulus ille almae Urbis conditor in Deorum numerum receptus et Martis filius, cui mater fuit vere Lupa, patrum regno eiecit, fratrem interemit, latronibus et sicariis, quos Patres et Sanctum Senatum appellavit, urbem complevit; T. Tatium sub data fide perdidit. Tot virgines fidei suae creditas rapuit. Hae artes Romanorum Imperium pepererunt. Quid mirum, si eisdem quoque et servatum et auctum est? At nos, raptores, stupratores, periuros, fraticidas punimus; crede mihi, quae apud nos scelera sunt, apud proceres virtutes habentur; caedis reus, morte punitur; ea res proceribus et fortitudini datur et magnanimitati; furta si parva sunt crucem, si magna, donant imperium; levia peccata morte mulctantur; ingentia principes faciunt; ideo Plato ait: Principum plures mali.

Cato dicere solebat: fures privatos in compedibus, publicos vero in auro et purpura. Ethnici non solum principibus, sed Diis suis scelera omnia concessere, furta, amores, adulteria, stupra, caedes, rapinas, dolos; nonne vera est sententia illius, qui dixit: Leges simillimas esse araneorum telis, in quibus parva et imbecilla animalia, non magna capiuntur: si vir nobilis furatur, sunt qui excusant: vir generosus, magni animi est, non patitur pauperiem. Existimas melius esse furem, pyraticam exercere et lenocinia, quam mendicare aut aliquam artem servilem rusticam facere, quod turpissimum est viro nobili? Si foeneratur, dicunt: Nobilis est, divites habuit avos; inops est, filios habet plures, nescit in aegestate vivere. Quid faciet miser? Militare nequit, servire maiori nescit, neque dignatur; litteras non didicit, arma nunquam tractavit; pudet fodere; mendicare erubescit; vivit ut potest; pecunia sua illi praesidio est: Si vi opprimit minores, si extorquet πάντα καὶ πάντα καὶ παρὰ πάντων, non deerunt illi auxiliarii qui dicant: ex illustri familia ortus est: quid faciet? Servis, equis, vestibibus, annulis, torquibus, vasculis, nummis indiget. Non possunt haec fieri nisi manus in alienam immittat arcam.

Homines minores nati sunt ut serviant maioribus more piscium, ut ait Propheta, et more rapacium, quae devorant imbecilliora. Hoc natura ipsa monstravit. Non nostra culpa est. Ideo viris potentibus quidquid libet, licere putant; quoniam illis omnia permittuntur. Ideo Plato potentes viros fucis comparavit, sed apes sapientioribus hominibus; cum suos labores diripi vident, ignavum fucorum pecus a praesepibus arcent. Apud nos in proverbio est: Potentia et divitiae sic stultitiam et peccata operiunt, sicut herba solum. Nobis villanis peccare non licet. Caesar cuius nomen sanctum ac venerabile durat per tot saecula, cuius prima est in toto terrarum orbe nobilitas, quis fuerit nemo ignorat, impudicus, moechus, simulator, adulterator nummorum, male praecinctus, proditor patriae, qui cum Catilina consenserat, demum Pater patriae, hoc est perniciēs patriae, parricida, pessimus tyrannorum qui urbem liberam et rerum dominam servituti subiecit. Ipse ingenue fassus est, iuxta pestilentem illam a Platone primum, deinde a Cicerone reprobam Euripidis sententiam: Non aliter viros magnos et claros fieri posse, quam violato iure. Vis tu sententiae meae testem immo potius auctorem meliorem? Caesar dixit, non ab antiquis nunc iuris consulti dicunt fabulis, sed ab ipso Imperatoris oraculo dicta sententia est: Quidquid illi placuit, qui Romanorum Imperium constituit, lex est. Quot leges latae sunt de laesa maiestate? Contempta religio et laesa maiestas nullam habent recusationem, nulla paria supplicia. At hic ob contemptam religionem, ob laesam maiestatem, ob pessundandas patrias leges, denique ob violata divina et humana iura, ob oppressis civibus Pater patriae appellatus est. Viden sub cuius tyranni et successorum legibus vivimus?

Hi nobis dant leges, qui omnia divina et humana iura pervertunt; ii nobis suadent pietatem colere qui inique et scelerate vixerunt; ii nos mentiri vetant quibus periuria ioco sunt. Maximam esse calamitatem Plato censet, administrationi malorum subiici, quoniam, ut ipsemet ait, necesse est malam animam male imperare. Romanum Imperium ante Constantinum raro sine caede et sanguine quaesitum est; at postquam in Orientem translatum est, aditus in illam aulam non nisi per scelera patebat; quae caedes, quae venena, quae oculorum orbitates, qui carceres, quae exilia, quae tragica scelera ibi non

sunt perpetrata? Unde scire licet, verum esse quod dixi: nobilitatem iisdem artibus servari atque augeri, quibus incohatur; neque video, quomodo pietatem colere possit, qui patriam impiis armis adortus est, qui tot civium sociorumque sanguinem bibit; adversariorum immo et optimorum civium et bene de republica sententium bona diripuit ac subhastavit, qui patrias leges et instituta sacra et prophana omnia contempsit; qui Sullae obiecit iustitiam, quod dictatura, hoc est mera tyrannide se abdicaverat, quod Reipublicae dignitatem suam restituerat; quamobrem ille domi inter suos privatus, hic in Curia Imperator maximis vulneribus confossus interiit.

Romanum Regnum omnium maximum inquilini et obscuro genere nati et servi tenuere. Post Reges exactos Romanis rerum dominis Decemviri tyranni; post consules autem Aphri, Syri, Pannonii, Galli, Hispani, Dalmatae homines impurissimi saepe imperavere. Hic ipsi prima Neronis, Ottonis, Domitiani, Heliogabali, Caracallae; unde illa Plinii memoranda sententia: Fortuna rerum humanarum summa gestatur in profundis animi vitiis. Nunc Pontificum opera, praeterquam germanos, neminem ad Romanum Imperium admitti licet. Iustinianus legum conditor, qui Romanarum legum aliarum super alias coacervatarum immensam copiam in ordinem quemdam seu digessit seu discerpsit ac turbavit: hic est noster Solon, hic nostri temporis Lycurgus. Sed qualis hic fuerit Procopii medici ἀνέκδοτα demostrent. Hic fuit uxoris superbae nec satis pudicae vile mancipium. Aristoteles inquit: nihil differre mulieres dominari, et eos qui dominantur mulieribus subiici. Hic ex Italia Gallos eiecit; sed nescio an maiore in damno fuerit; quoniam avaritia et negligentia sua maximis incommodis illam terram afflixit; Bellisario et viro et duci optimo et de Romano Imperio benemerito, parum grato animo fuit; deinde Antoninae insolentia et ingratitude Narsetem, ut Longobardos in Italiam acciret, compulit. Nunc illius antiquae Imperii sedis Scythica gens Turcarum potitur. Quibus auspiciis gens illa regnare coepit, novimus, fraude videlicet, et astutia Othomani rustici et bubulci, latronum primo, deinde iusti exercitus ducis; nunc ad quantum fastigium res turcica pervenerit, et quo propter intestina Christianorum bella et propter perniciosas Reipublicae

Christianae discordias perventura sit, nisi Christus provideat, perspicimus.

Othomanus, vir audax et astutus, in Bithinia non longe a Prusa, quae sub Olimpo Mysio monte sita est, collegit sexaginta equites inermes et infrenes coepitque infestare crebris incursionibus vicinas villas, vicos Christianorum; deinde crescente multitudine et more ignis omnia devastante, convenit inter vicinos populos et Turcas, ut certa vectigalia singulis annis Turcarum Duci solverentur, quae durant usque ad nostra tempora, et adhuc servant nomen antiquum, alterum enim Augustinum dicunt, alterum Charatium. Quid plura? Ille Othomanus, collecto volonum et sicariorum et latronum Asiaticorum exercitu, iniuria et ignavia Principum Christianorum, Prusam urbem populosissimam ditioni suae subiecit. Nonne dixi nobilitatem saepe malis ortam iniitis fuisse? I, nunc, profer nobilitatis tuae authores; numera maiores tuos; tolle tuum, precor, Hannibalem, victumque Syphacem. Cave, dum tu praeter quosdam qui se nobiles appellari volunt, omnes alios plebeios, et ut dicunt villanos nuncupas, ne illi retorqueant in te illos versiculos:

Maiorum primus quisquis fuit ille suorum,
aut pastor fuit, aut illud quod dicere nolo.

Quidam superbus opibus et fastu tumens, tantumque verbis nobilis, spernit vertentis clara saeculi nomina, antiqua captans stemmata. Ambigua est necdum intellecta illa quam dixi Aristotelis definitio, Nobilitas est virtus et divitiae antiquae; nescimus an intellexerit nobilitatem esse virtutem et divitias avorum; et quamvis in aliquo non sit virtus nec divitiae, tamen propter maiorum divitias et virtutem nobilis dicatur, etiam si sit malus et pauper, ut nonnunquam contigit; an voluerit dicere, quod nobilitas sit sola virtus quamvis non adsint divitiae praesentes, sed satis est quod virtutem quis habeat, et quod maiores divites habuerit. Alibi dicit: nobilitas est virtus generis, eamque esse apud omnes honorabilem, quoniam verisimile est bonos ex bonis gigni; quamvis raro ex boni parentibus filii probi nascuntur. Inquit Aristoteles in libro Rethoricae: Nobilis est secundum generis virtutem, generosus autem qui non de-

generavit a natura; quod quidem in pluribus non accidit nobilibus, sed sunt multi levis valoris. Testis est maximus protonomoheta Moses, cuius filii, quanti fuerint pater ostendit, quando non illos sed alienum constituit tanti exercitus ducem; nusquam illorum Scriptura meminit, nisi quod a Mose geniti sunt. Testis David, Heli, Samuel; transeamus, ut dicunt, ad gentes. Ille qui Romanum Imperium philosophia, mansuetudine, probitate, aequitate et sanctis moribus honestavit Antoninus philosophus conterraneus noster ex materno genere; testis, et ipse Cicero, cuius filius tantum ut dicunt valuit in bibendo, quantum pater in dicendo; de Scipionis filio hoc tantum novimus, quod captivus apud Antiochum regem, et quod gratis patri redditus fuerit; Aristoteles, in quo vere natura monstravit quantam vim haberet in humanum genus, Nicomachum genuit, ad quem decem illos sanctissimos ethicorum libros composuit; qui tam obscurus est, quam pater apud omnes gentes clarus et illustris. Aristotelis mos est, ut interdum vulgatis opinionibus, quas recentiores famosas appellant hoc est consensu aut plurimorum aut sapientiorum approbatas (1), quae si rationi consentiant admittendae sunt, sin autem a ratione discrepent minime; ideo peccavit apud Ciceronem Balbus, qui penitus negavit consensum gentium; multo melius Aristoteles decrevit, cum dixit tunc se rem recte habere, quando *ὁ λόγος τοῖς φαινομένοις μαρτυρεῖ, καὶ τὰ φαινόμενα τῷ λόγῳ*. De nobilitate ergo in politicis secundum comunem opinionem locutus est; in ethicis autem secundum veritatem. Determinavit enim felicitatem, quae est vera hominis nobilitas, sitam esse in virtute intellectuali, primo in morali, secundo non in divitiis, aut robore, aut corporis pulchritudine, aut honoribus, aut magistratibus, aut in avorum gloria et potentia, aut in illustri patria, aut quod quis barbarus sit aut graecus, servus an liber natus sit: quot servi praestantiores sunt dominis suis, fortuna inferiores virtute superiores, et idcirco nobiliores? quot fuerunt, qui multis gentibus imperaverunt? Quot sunt hodie, immo potius habentur nobiles, quos servire et in compedibus esse satius fuisset? Quot barbari graecis et latinis meliores? Soleo ego damnare illorum opinionem,

(1) Bisogna aggiungere un « obsequatur » o un « cedat ».

qui genus humanum distinxere in graecos et barbaros; quod et Platoni et Straboni minime placuisse video; sunt qui in patricos et plebeios aut nobiles et ignobiles; sumuntur hae differentiae non ab ipsa rei substantia sed accidentibus; ac si quis dicat, hominum alii albi, alii nigri, alii pingues, alii macilentissimi, alii tristes, alii iucundi, alii divites, alii inopes, alii cives, alii inquilini; similiter et si quis dividat animantes in bipedes et quadrupedes et multipedes, pennatas et implumes. Vera rerum differentia ea est, quae sumitur a forma, quae dat esse rei; illa enim in hominibus differentia ratio est; in brutis, quae sint singulorum differentiae, ignoramus; a quibus mente et ratione separamur. Nobiles igitur recte appellabimus quicumque plus ratione valent, ignobiles, qui minus, etiam si sint Craeso locupletiores aut Priamo antiquiores; qui rationi obtemperat, hic vere nobilis, immo hic vere homo est; qui minus is nec nobilis est nec hominis appellatione dignus; ideo dicunt, hominum maximam partem brutali vita vivere. Nobiles igitur sunt qui vere philosophantur, etiamsi inopes sint, aut servi; caeteri omnes ignobiles, etsi multis millibus hominibus imperent, si, ut Plato ait, vigintiquinque avos numerent usque ad Iovem. Utar verbis Socratis: Non Socrati, inquit ille, sed veritati ceditur; nam vero ut dixi irasci nefas est. Dii immortales? Quis unquam potentum, aut bonus, aut iustus fuit; quis Romae, aut Athenis, aut Carthagine philosophus, aut Hierosolymis propheta natus fuit? Ideo Socrates, cum quidam Antistheni philosopho probo obiiceret, quod non ex utroque parente civibus Atheniensibus genitus esset, fuerat enim illius mater Thrax, Socrates ad castigandam hominis inscitiam, respondit: An tu credebas ex duobus Atheniensibus virum probum posse nasci? Ideo Horatius semel, atque iterum dixit, se libertino patre natum; sic et Virgilio Romulidae illius virtuti invidentes, inverterunt clausulam illius versiculi: nuper mihi tradidit Agon; sic nostri iure loquuntur: Livio quoque Romanae historiae patri patavinitatem; Ciceroni urbis servatori, qui ut ipse ait, nobilium furorem extinxerat, magnates patriae proditores novitatem et inquilinitatem obiecerunt, deinde exilio et morte damnaverunt.

Quid non audebit luculenta Scipionis series? Sed redeat sermo unde digressus est; (nam hic locus diligenter tractatus est in expositione quam fecimus in Aphorismos Hypocratis).

Galli et Longobardi et Normanni, Italiae Regni per fraudes et caedes potiti sunt; Franci, qui se hoc tempore nobilitate caeteris divitibus praestare putant, quique plebem suam hoc est indigenas et Aborigenes Gallos habent loco servorum, quales in principio fuerint, novimus. Ab antiqua origine Germani sunt; quamvis quidam rerum ignoti, (1) illorum originem ad Priamum referant; sed referant ut libet usque ad Herculem Amphitryonidem, vel si velint, ut prisca Galli, ad Ditem patrem; nam ut video licet cuique de quocumque volet proavum sibi sumere libro; hi ex inviis Germaniae paludibus trajecto Rhevo, ut Eutropius ait, fluxerunt. Pipinus et Carolus, quem magnum appellant Germani, fuerunt Franci, non Galli, clientes regum Gallorum, nescio quo pacto regnum (quod quondam Romana fuit, et sub Romanis Imperatoribus provincia et a Gallis occupata) invaserunt. Hoc certe constat, illos familiares et domesticos fuisse et peregrinos in Gallorum regia domo; extincto postea Caroli Magni genere, ii, qui nunc regnant, successerunt, quomodo, aut quo iure, aut quibus orti natalibus, nescio. Hoc tantum accepi, Hugonem quendam Parisium primum ex hac familia et uxorem et Regnum occupasse dominum sui. Nos bellum, ut in proverbio est, cum mortuis gerimus, nec nominamus eos, qui nunc in Italia dominantur. Quod credis de iis, qui barones et generosos se appellari volunt, et de his minutis nobilibus? Scito, omnes istos gloriari se a barbaris esse profectos; tamquam dedecus sit Italiae indigenas et aborigenes esse. Videbis quosdam istorum nondum exuisse cultum et silvestrem animum ad rapinas et iniurias natum; an putas illa signa et vexilla et scuta in templis pendentia aliud esse quam insignia praedonum et latronum, qui pauperes et inopes profecti ex profunda illa barbarie, nihil ad nos praeter barbariem, gladium et sarissam et veterem tunicam et fractos calceos detulerunt? Quae est illorum patria? Qui progenitores? Quod genus? Quibus viris geniti? Quibus silvis educati? Unde erupit illa colluvies eorum, qui nunc miserorum sanguine saginati proceres habentur? Nos indigenae servimus; vere terrarum orbis latronum est, vivitur ex rapto; nam regnum terrarum vim patitur et

(1) Da correggere forse in « ignari ».

violentiis et rapinis erapiunt illud. Nescia mortalitas, quae non nisi fallacibus verbis et simulationibus ducitur, non innocuas et beneficas animantes, sed rapacissimas et perniciosas Aquilam et Leonem aliarum principes fecit. Non aliam ob causam dixerunt iustitiam relictis terris in coelum evolasse, et postrema vestigia apud agricolas posuisse; nisi quod ii, qui potentes sunt et iustitiae ministri, iniustissimi omnium sunt. Non immerito in ore omnium semper fuit illa Platonis sententia, non aliter respublicas beatas fieri posse, quam si aut philosophi regnarent, aut reges philosopharentur. Philosophia est vera et costans nobilitas; philosophi igitur sunt vere nobiles; ne dicam cum stoicis et Platone, vere viri, vere Reges: caeteri omnes plebei atque ignobiles: ideo Avenroes putavit hominem philosophum tantum differre a caeteris hominibus, quantum hominem verum ab homine ficto; et quamvis non differant secundum eam partem, qua homines sumus, quae in nobis divina est atque immortalis; differunt tamen secundum usum illius partis. Ait Cicero: Quid enim interest, utrum ex homine quis se convertat in belluam, an in hominis figura immanitatem gerat belluae? Quid qui omnia recta et honesta negligant, dummodo potentiam consequantur?

Idem Cicero: Sunt, inquit, quidam homines non re, sed nomine: Similis sententia est divini David: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis. Non nimis absurde dictum ab Averroee: quis existimat, consideret quanta distantia sit inter infantem et virum, inter dormientem et vigilantem, inter insanum et mentis compotem, inter stultum et sapientem; et tamen hi omnes sunt, seu potius homines appellantur.

2.

Ad Prosperum Columnam. (Vat. lat. n° 7584. C. 75. Autografa. Il codice è cartaceo del XV sec., di carte 135, in gran parte autografo, in corsivo grecizzante. Sul foglio di guardia è incollato un cartellino in capitale: « Epistulae nostrae ». L'indice è autografo e non comprende le due ultime lettere, che sono delle copie. Misure del codice: cm. 20 per 29).

Magnum ducem catholicorum regum, vir illustris, ut mihi aliquid ex tanta et tam clara victoria impartiat obnixe precatur heroina mea. Nec dubito illa rogante et te favente me omnia ista et in dies maiora impetraturum. Iustissimum enim est ut aliquem victoriae fructum sortiamur qui periculis obsidioni dedecori pestilentiae et damnis et sumptibus gravissimis nos ipsos liberos resque omnes nostras exposuimus dum catholicorum regum fidem servaremus et militibus nostris ut scis, afflictis pene rebus, nullo precio operam nostram quantacumque potuimus navaremus. Alias ipsa dea si sua dona male distribui senserit, ut est ancipiti corde et pernicibus alis et quae ex pusilla scintillula ingentes ignes excitare solet indignabunda alio advolet. Nulla illi deae sacra gratiora quam temperanter et iuste nec avaro et superbe et crudeliter suis muneribus uti victores facere possunt. Tu pro tua inuata probitate humanitateque Galateo iamdiu tuo quantum potes fave. Nihil enim ut puto et ut par est, non potes. Tu sis semper felix ac prosper, illustris Prosper, et utere prosperitate tua. Vale.

3.

Ad Joannem et Alfonsum Castriotam (Vat. lat. 7584, cc. 127-129. Autografa, incompleta).

Novistis, illustres viri, generosi Macedones, unanimi fratres, ut saepe his minimis verbis interdum maxima crescit. Quoties die simulamus dissimulamus ne dicam mentimur quamvis simulare ac dissimulare nihil aliud est quam mentiri. Quoties laeto ac hilari vultu tegimus profunda odia et hoc quoque mentiri

est. At si quis nos mentiri dicat subito ad arma concurrimus, querulae atque provocatoriae litterulae hinc atque illinc mittuntur, offensiunculae obiiciuntur, campus pugnae toto orbe quaeritur. Arma eliguntur, dubio ferro et incerto eventu veritas inquaeritur, cum id ratione et legibus satius fieri possit. Ridiculi armorum seu potius iurgificuli reges fintis tapetibus et vexillatis amicti vestibus patres patrati foeciales huc atque illuc discurrunt. Tubae canunt, infestis armis undique concurritur: hoc modo credunt quae iure facta sunt decernere. O stulti, vis non ius in armis valet. Scio patrem dum pro filiae pudicitia arma noctu caperet, ab adultero paribus armis fuisse interemptum. An solum in singulari certamine non in publico ius valet? Legimus ne dicam vidimus multos reges avito regno plures antiquis possessionibus spoliatos non iuribus sed viribus. Quot viatores a crassatoribus et iis numero inferioribus necati sunt etiam iuste repugnantes? Constantinus Constantinopolitanus imperator dum antiquum et avitum tutaretur imperium inter primos pugnatore supra captae urbis moenia strenue dimicans caesus est. Vive nunc laetus, iure tuo quod non solum vis sed fortuna ipsa saepe prosternit. Quid dicam de re bellica cum in agendis causis, qua in re iusticiae maxima est ostentatio, nonne potentiores et divitiores, non ii qui iusta postulant, si verum non negemus, victores sunt? Quantum valet in re bellica virtus et vis et dolus tantum in agendis causis potentia, causidicorum versutia et pecunia. Quod ius tam apertum est quod non legum enigmata et causidicorum perversa subtilitas perturbet quod non pecunia expugnat. O quam bene pugnavit Priamus aut Troilus congressus Achilli aut Patroclus Hectori. Quo eventu credis pugnare imbecillos cum potentioribus quanvis illi iusta teneant arma? In proverbio est: Paucis dii favent sed qui plures sunt aut meliores victores evadunt sed omnia intelligenda sunt ut dialectici dicunt caeteris paribus. Quo iure Babylonii Medi Persae Parthi Macedones Carthaginenses Romani aliena regna adorti magnam orbis partem adepti sunt vi et armis? Nescio quis fuit tempestate nostra ille Paris quem proceres admirantur qui pestilentem libellum edidit de duello, ut ipse ait, hoc est de homicidii impunitate. Sit hoc concessum militibus quorum omne ius ut Senones agebant in cuspide est; vir leguleius Christianus et sanctis legibus educatus debuit ne haec suasisset. Impia sunt haec arma

in quibus peremptis corporibus animae quoque pereunt. Puto qui sic moriuntur nefas esse in sacris locis sepeliri sed pium esse inhumatos proijci ut vento pulsantur et inbri et a feris lanientur. Secus qui pro patriae libertate, qui pro tuenda christiana religione iuste ac pie pugnant, eos post gloriosam mortem a posteris decorari et ius et fas esse censeo nec ullum esse ad sanctitatem testimonium potentius honesta morte; sic dominus noster sic martyres eius sanguine suo celestem patriam nobis peperere. Sed ad rem redeamus. Paris theoides ab Areiphilo Menelao provocatus, non quia adulter et perfidus fuisset hospes detrectavit certamen sed quia impar esset et viribus et animo. Martis filius et ipse in deorum numerum relatus consortem regni fratrem interemit et violator iuris gentium Sabinas rapuit et Statore Iove T. Tatium iusta petentem aut favente Iove aut dolo vicit. Quam sibi placent spectatores vides, et intestinae pugnae et interdum fraternae caedis vanissimi iudices, cum consedere duces et vulgi stante corona, de minimis verbulis iudicant et derident nos ut insanos cum de deo de anima de natura deque mundi partibus disserimus. Antiquus erat Graecorum mos ut ait Strabo descendere in singulare certamen quod monomachiam vocant. Romani saepe sed cum hostibus singulari certamine pugnaverunt. Sed hi ethnici fuere. David a deo electus et dilectus cum Golia pugnavit non pro sua sed pro publica iniuria pro religione. Ajax rex erat impatiens irae vir bellicosus et ferox, Achillis arma armis petenda esse putabat: at universae Graeciae proceres iure eam rem agendam esse decreverunt non armis. Ideo fortis viri tulit arma disertus. Sed cedantur ista ut dixi rixae iurgia altercationes certamina pugnae arma iis qui arma qui bella tractant. Nobis qui in philosophia versamur qui nos esse philosophos profiteamur mitius atque modestius vivere convenit. Indagatores veritatis non decet invicem inimicos esse quamvis ipsa veritas et amicitiae et caeteris rebus anteponenda sit. In pugna litteraria multas gratias agere debemus teste Socrate iis qui nos vicerunt. Liberaverunt enim nos a pessimo morbo ignorantia et ut Aristoteli placere video, gratiae quoque agendae iis qui in speculatione rerum aliquid inepte enunciaverunt. Moverunt enim mentem nostram ad perquirendam veritatem pulsus erroribus. Interrogatus Socrates quam poenam luere vellet si vinceretur: Eam inquit

quae ignorantibus debetur, ut discam quae nescio. In illa pugna vinci aut mors est aut dedecus. In hac nostra vinci in lucro est. At si quis gloriae cupidus ut saepe evenit, victus veritati noluerit assentiri neque meliori cedere is ab adytis philosophiae tamquam prophanus ejiciendus est. Et iam philosophia interdum tractavit arma. Architas Tarentinus, Pythagoras, Socrates, Plato Xenophon, Callisthenes, Anaxarcus saepe sed contra hostes non in scholis pugnare. Date igitur arma, campum concedite; quandoquidem veritas non rationibus sed armis exploranda est. Sana sunt analetica enthymemata et syllogismi si armis pugnis et calcibus probantur sententiae; vidistis illustres viri quantae rixae quanta iurgia ex minima re orta sunt et paene ad manus conferendas ventum est. O mores philosophorum immo potius sophistarum! Ut sunt depravata atque corrupta studia. Si iurgiis rixis et contumeliis conviciis maledictis iniuriis de- tractionibus avaricia impudentia gaudet philosophia et medicina et me ab illis abduco iam iam futurus rusticus aut mercator aut nauta aut sutor. Sed haec non philosophorum sunt, accipiat quisque in utram partem velit, sed cauponum et lixarum et lenonum. Hoc modo sacrum philosophiae nomen infamatur et vulgo merito contemnitur; hoc est quod facit nos invisos et ridiculos cerdonibus et tonsoribus et vilibus artificibus — ne dum a magnatibus contemnimur. Divinus Plato, non nimis a Christi praeceptis dissentiens, non solum iniurias facere prophanum in Legibus et in Gorgia statuit, sed pati iniurias aequo et magno animo ad virum bonum pertinere existimavit. Aristoteles autem putavit utrumque iustum esse facere quam pati. Hippocrates ait: medicos nomine quidem multos, re autem paucos. Sic de philosophis putandum est. Ait Cicero in Academicis: Epicurei mei familiares tam boni tam inter se amantes viri, et tertia Tusculanarum quaestionum: Epicurei viri optimi nam nullum genus est minus maliciosum. Si tales erant epicurei, quid nos qui optimam omnium peripateticam colimus disciplinam facere oportet? Cogito mecum vos, quibus antiqua patria clarum genus ingenui mores insunt, haec abominari. Nam ad caetera vestra ornamenta hoc quoque accedit: non vidi virum parente vestro uxori nec uxorem viro matre vestra chariorem. Tres estis fratres totidemque sorores: non sunt fratres sorore- sne inter se amantiore nec magis inter se consentientes. Nec

sunt nati parentibus obedientiores. Dii fortunent res vestras quoniam concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur. Si nos qui medici et philosophi appellari et haberi cupimus, concordem essemus, si veritati non gloriae et quaestui studeremus, talis esset hodie philosophia qualis erat apud veteres. Placuit mihi quaestiunculae solutionem vobis litteris exarare ut cognoscatis quam minima sunt quae nos excandescere ac vociferare ne dicam delirare cogunt. Comparavi omnia arti bellicae cum quia illustres medicos idem fecisse video tum quia vobis placere maxime existimo. Unusquisque gaudet ad eam rem quam exercet referri omnia. Puerilia sunt haec fateor ut sophistae ipsi consentiunt ut est fulginas. Sed oportet aliquando nos tempori quamvis invitos servire et etiam aetati; habet enim, ut divus Hieronymus ait, senectus quamdam infantiam. Et profecto cum vestros iucundos vultus intueor, cum vestros suavissimos sermones audio non solum me reiuvenescere sed repuerascere sentio. Vos bene semper valete ac legite. Scitis enim priscos illos vestros Macedones qui totum orbem subegerunt non plus armis fortitudine et animi magnitudine quam litteris ingenio liberalitate humanitate clementia mansuetudine caeterisque virtutibus valuisse. Vidisse se fassi sunt Indorum Gymnosophistae regem et exercitum in armis philosophantem. Haec est tam vehementis motus quaestiuncula. Dubitabat fortasse aliquis quo tempore morbi crisis eveniat. Non erit ut saepe dixi difficile respondere obiectis si res de qua sit disputatio recte intelligatur. Quod crisis sit vehemens et velox motus morbi cum infirmus ad mortem vel ad salutem deducitur, auctor est Galenus in translatione quae a Graeco habetur: crisis quidem est translatio in aegritudine acute repens ad sanitatem vel mortem, fit a natura discernente a benignis mala, preparante ad excretionem. Haec sunt verba Galeni cuius interpres Aboali sic ait: Crisis intentio est separatio in locutionibus et prius dispositio est alteratio vel altercatio quae fit subito aut ad latus sanitatis aut ad latus aegritudinis. Ibidem in calce capituli « et scias quod nomen crisis secundum quod dicit ille cuius sermoni creditur est derivatum a lingua Graeca a separatione prolocutionis quae est uni duorum disputantium aut controversantium apud iudices super alium, quasi sit separatio et exitus ab altercatione ». Verba male translata sunt in latinam linguam

ideo saepe non facile intelliguntur ut et alia multa. Quid velit dicere ex his quae sequuntur intelliges et si verum fateri quis voluerit, dicet quam barbarus et ineptus et nescius latinae linguae fuerit interpret. Profecto malorum interpretum culpa omnia perturbata sunt; sive auctorum sive locorum sive stellarum nomina quaeras, sive morborum et herbarum, quod maxime vitae interest. Et hoc non tantum culpa interpretum accidit sed arabum quoque, qui non pauca quae a Graecis acceperant sua blasa et inope lingua obscuraverunt. Certe ab illis nos multa accepisse non negaverim sed quoniam propter illorum scripta Graecos auctores amisimus plus mali quam boni latinitati attulerunt. Nec erit nobis turpe dicere de crisi quid nominis, cum ipse Avicenna conetur declarare Graecum vocabulum. Crisis est quod nos iudicium possumus dicere, sive decretum sive sententiam dicam, ut ait Cicero, melius si invenero, unde dies crisis dicuntur et nonnulli ex recentioribus dies Creticos decretorios appellaverunt. Tractum est verbum a litigantibus propter metaphoram quandam. Quod causidici causae vel litis, milites autem belli praeludia dicunt, nos labores spontaneos dicimus vel arabico nomine accidentia almeliletu. Quod illi constitutionem causae vel contestationem litis vel ut milites indictum bellum, nos initium morbi nuncupamus. Primo modo accepto principio, nam ut Galenus ait, tripliciter dicitur principium primo pro hora sive momento quo quis coeperit aegrotare ut diximus secundo modo pro uno quator temporum morbi, tercio pro tempore quod est a primo instanti morbi usque ad tertium diem. Illi testes et iudicia habent, nos signa et coniecturas. Illi sententia causas finiunt. Nobis morbos praecipue acutos crisis decernit. Neque inepte morbum bello comparant. Morbus ut et bellum suas habet causas, hoc nonnunquam singulari ductum certamine, nonnunquam unica et ca...